

Manducate, colligitur præceptum de specie panis sumenda, ita ex hoc quod dicit: *Bibite ex eo omnes*, colligitur à fortiori præceptum de specie vini sumenda: ergo. R. 1. N. Suppositum Ant. Non enim ex hoc verbo, *Manducate*, colligimus præceptum sumendi speciem panis; istud enim verbum, sicut & ista, *Bibite ex eo omnes*, sunt verba distribuens & invitantis non præcipiens: colligitur autem præceptum communicandi maximè ex Joann. 6. *Nisi manducaveritis* &c. 2. Estò laudata verba importarent præceptum, illud spectasset præsentem duntaxat, ut manifestum ex hoc, quod additur: *Et biberunt ex illo omnes*.

Si petas, cur Christus dixerit de Calice: *Bibite ex eo omnes*, si omnes non teneantur bibere? R. 1. Christum etiam dixisse de pane: *Manducate ex hoc omnes*, sentiunt Ambrosius l. 4. de Sac. c. 5. Paschasius l. de corp. Christi c. 15. S. Th. in 4. d. 8. q. 2. art. 1. q. 2. & 5. & ita dixisse legitur in Canone Missæ, quamvis id non referant Evangelistæ. Sed 2. dato, non ita Christum dixisse de pane, sicut de Calice, ratio in promptu est; quia partem panis divisi unumquemque suam manducandam distribuerebat, ut vinum in uno & eodem Calice bibendam omnibus portigaret; ne ergo unus totum biberet, dixit: *Bibite ex eo omnes*.

Inst. 1. Marci 13. v. 37. dicit Christus Apostolis: *Quod vobis dico, omnibus dico*: ergo. R. id verum esse de his, quæ tunc Christus dicebat Apostolis: dicebat autem tunc: *Vigilate*. Porro multa dixisse Christum Apostolis, quæ non omnibus dicebat, plusquam manifestum est: aliam omnibus dictum esset; *Quorum remiseritis peccata*, &c. & plura alia.

Inst. 2. Hæc verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, non solum Apostolos, sed & proportionaliter omnes respiciunt, ut alibi diximus: ergo. R. hæc verba, quæ leguntur tantum apud Lucam 22. & Apost. 1. Cor. 11. dicta fuisse immediatè post Consecrationem panis, antè Consecrationem vini; & Apostolus postquam de pane consecrato dixit absolutè: *Hoc facite in meam commemorationem*, versu seq. 26. addit conditionatè de Calice: *Hoc facite, quotiescumque biberitis, in meam commemorationem*, id est, si biberitis, vel cum biberitis, bibite in meam commemorationem. Non ergo præcipit, ut absolutè bibatur, sed si bibatur, in ejus commemorationem bibatur. Undè versu seq. 27. sub disjunctione dicit: *Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini*. Ex quo manifestum est, corpus & sanguinem posse seorsim sumi. Addo, quòd, etsi hæc verba: *Hoc facite, &c.* essent dicta de utraque specie, rem sumendam efficerent, non sumendi modum.

Inst. 3. Ex Apost. 1. cit. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat*. ergo. R. Apostolum id unum his verbis intendisse, ut Corinthii abstinerent ab indigna Communionem, non autem ut sumerent sub una vel duplici specie. Patet ex particula *Sic*, & ex eo quod subjungit: *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit*: ubi particula *Enim* apertè demonstrat, ipsum, non modum summptionis, sed dispositionem summptionis necessariam intendisse.

Inst. 4. Ex celebri loco Joann. 6. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: ergo. R. 1. ut antè, Christum his verbis præscripsisse non modum manducandi & bibendi seorsim, sed sumendi rem ipsam, scilicet corpus & sanguinem suum, quæ continentur sub una specie, sicut sub utraque. Idque patet, non solum, ut diximus, ex hoc, quòd in eo capite pluries adscribat effectum hujus Sacramenti summptioni solius speciei panis, sed etiam quia ibi præscribit medium vitæ conservandæ: medium autem conservandæ vitæ spiritualis non consistit in modo sumendi seorsim speciem panis & vini, sed in re contenta sub istis; continetur autem sub una specie, sicut sub utraque. 2. Non constat, nam particula *Et* in his verbis debeat sumi copulativè, an disjunctivè: cum enim Christus alloqueretur Capharnaitas, qui non litigabant de modo sumendi sub una vel duplici specie, sed de re ipsa, scilicet de carne & sanguine Christi, videtur, quòd horum verborum sensus sit: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & nisi biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; id est, si neque manducaveritis, neque biberitis; ex quo sequitur alterutrum esse faciendum, non necessariò utrumque. Quo sensu dicitur Exod. 21. *Qui percusserit patrem & matrem, moriatur*; ad quam tamen poenam subeundam sufficit alterutrum occidisse. 3. Multa sunt præcepta Ecclesie data, non per singulos, sed per aliquos adimplenda. 4. Insolenter & absquè omni pudore Hæretici vim faciunt in his verbis, atque ea nobis obijciunt, cum ipsi ea non intelligant nisi de manducatione spirituali per fidem.

Obj. 2. SS. Patres, dum de Eucharistia sermonem habent, referunt, fideles eam sub utraque specie ex lege & præcepto sumere: ergo. R. SS. Patres attendere ad usum communem suis temporibus communicandi sub utraque specie, qui hoc ipso

quo erat communis, & ex disciplina Ecclesie recepta, poterat dici lex & præceptum, præsertim cum aliquando verè fuerit lata lex de ejusmodi communione, ut tempore S. Leonis & Gelasii, occasione Manichæorum. At nunquam dixerunt SS. Patres, id esse Juris divini.

Inst. 1. S. Justinus Martyr in Apol. 2. dicit, Apostolos in Evangelio tradidisse, Christum sibi præcepisse communicare sub utraque specie. Et Cyprianus, seu Auctor serm. de Coena Dom. *Lex*, inquit, *usum sanguinis prohibet, Evangelium præcipit ut bibatur*: ergo. R. Christum & Evangelium verè præcipere Apostolis & Sacerdotibus communicare sub utraque specie, seu sanguinem bibere; sed non ad modum sumendi; qui enim sumit speciem panis, manducat corpus & bibit sanguinem, qui continetur concomitantè sub specie panis.

Inst. 2. Idem Cyprianus Ep. ad Cæciliam dicit, quosdam in Calice non observare, quæ Christus tradidit & instituit: ergo. R. Cyprianum ibi redarguere Aquarios, qui puram aquam sine vino consecrabant.

Inst. 3. Paschasius l. de corpore Christi c. 15. post hæc verba: *Accipite & bibite ex eo omnes*, dicit, *tam Ministri, quam reliqui credentes; hic est Calix*: ergo. R. Paschasium vel accommodasse hæc verba, *Bibite ex eo omnes*, ad usum sui temporis vel intelligendum esse de sanguine latente sub specie panis. Bellarminus, & quidam alii non infunditè suspicantur, interpolatum esse textum Paschasii, & loco *Bibite* restituendum esse *Comedite*; quod patet ex integra periodo, quæ sic habet: *Hic solus est, qui frangit hunc panem, & per manus Ministrorum distribuit credentibus dicens: accipite & bibite ex hoc omnes*. Ubi clarum est, præcedentia verba exigere *comedite*, & non *bibite*, & eo magis quòd Christus porrigendo Calicem non *bibite*, & eo magis quòd Christus porrigendo Calicem non dixerit: *Accipite & bibite*, sed *bibite* tantum; dixit autem *Accipite & comedite*.

Inst. 4. Chrysostom. hom. 18. in 2. Cor. dicit: *Est ubi nihil differt Sacerdos a subdito, ut quando fruentium esse horrendis mysteriis: similiter enim omnes, ut illa percipiamus, digni habemur. Non sicut in veteri Lege partem quidem Sacerdos comedebat, partem autem populus; verum unum corpus proponitur, & poculum unum*: ergo. R. Chrysostomum, sicut plures alios, respicere ad usum sui temporis, quòd Eucharistia offerbatur sub utraque specie. Vel, ut interpretatur Silvius, vult S. Doctor in hoc differre Sacrificium vetus & novum: quòd in veteri divideretur victima per partes, quarum una uni, altera alteri cederet; in novo autem tota & integra victima singulis datur, quia totus Christus sub qualibet specie continetur.

Inst. 5. Gelasius Papa apud Gratianum de Consecr. d. 2. c. 12. jubet, ut omnes *Integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur; quia divisio unius ejusdemque mysterii sine grandi sacrilegio non potest provenire*: ergo. R. 1. Gelasium, successorem S. Leonis, de quo in Probationibus, hoc suo Decreto ferre Manichæos, quorum error & fraus suo tempore adhuc durabant, loquitur enim de his, qui superstitione obstricti vinum non sumebant, quòd videtur indiciare Manichæos. Hi autem sacrilegè Mysterium dividebant, quatenus non admittentur utramque speciem esse Sacramentum, & tantum sub una, quantum sub altera contineri. Non sic autem dividunt fideles, qui sub una specie communicant, 2. Juxta alios, qui dubitant, an istud Decretum sit Gelasii successoris S. Leonis, damnata duntaxat quosdam Sacerdotes, qui ex quadam superstitione post Consecrationem sumebant tantum corpus & non sanguinem; idque videtur apertè colligi ex titulo Canonis, qui sic est *Corpus Christi sine ejus sanguine Sacerdos non debet accipere*. Hæc solutio est Auctoris hic art. 12. ad 1. fundata & facilis; prima tamen est communior.

Inst. 6. Juxta Gelasium non sumunt integrum Sacramentum, qui non communicant sub utraque specie: ergo. R. 1. Non sumunt integrum Sacramentum ex parte signi, C. ex parte rei significatæ & contentæ, N.

Inst. 7. Christus instituit Eucharistiam, ut memoriale suæ passionis; atqui sine summptione Calicis non commemoratur Passio: ergo. R. N. Min. Hoc ipso enim quò sumitur species panis, sub qua vi verborum solum corpus ponitur, significatur separatò ejus a sanguine, & sic commemoratur passio. Equidem expressior est significatio passionis, quando utraque species seorsim sumitur, sed hæc pertinet ad Eucharistiam, ut est Sacrificium, non ut est Sacramentum, quòd sine illa expressiore passionis significatione substantialitè subsistit: sicut, licet immersio in Baptismo expressius significet sepulchrum Christi, quam infusio, subsistit tamen per infusionem.

Obj. 3. Christus Calicem instituit pro omnibus, & jus illud petendi omnibus concessit: ergo eo privari non possunt fideles. R. D. Ant. Christus Calicem instituit pro omnibus, &c. absolutè, N. sub directione Ecclesie, & dependentè ab ejus voluntate, C. Equidem Christus ipsum Sacramentum Eucharistie

tiz instituit absolutè pro omnibus, nec possunt fideles legitime postulantes eo privari, sicut nec Confirmatione, Matrimonio, & aliis Sacramentis. At quantum ad ejus dispensationem sub una vel duplici specie illam reliquit dispositioni Ecclesie; quia est res disciplinæ tantum, cum una species æquè prosit ad salutem, ac duæ.

§. II. *Utrum major gratia conferatur communicanti sub utraque specie, quam sub una?*

Nullam gratiam ad salutem necessariam conferri communicanti sub utraque specie, quæ communicanti sub una non conferatur, definiuit Concilium Trid. sess. 21. c. 3. & patet ex dictis, idque concedunt Theologi, contra quos hic disputamus. Quæstio ergo est tantum, an non conferatur major gratia, licet non necessaria ad salutem.

Dico. (*Hic art. 12. ad 3. & opusc. de sac. ult. c. 29.*) Per se loquendo major gratia non conferatur communicanti sub utraque specie, quam sub una. Est communis. Dixi: *Per se loquendo*; quia si in summptione secundæ speciei intendatur fervor Charitatis, per accidens, & ratione majoris dispositionis, conferatur major gratia. Prob. Conclusio. Non conferatur major gratia communicanti sub bina specie, quam communicanti sub una, ratione specierum; species enim ex se non habent vim causandi gratiam, ut jam dictum est; non ratione rei contentæ sub illis, quia totus & integer Christus continetur sub una, sicut sub utraque specie; non ratione significationis, quia quælibet species significat concomitantè totum Christum; non tandem ratione modi significandi, quia effectus Sacramentalis attenditur equidem secundum significationem, sed non secundum modum significandi; alioqui majorem gratiam inferret immersio in Baptismo, quam infusio, aut aspersio; majorem trina immersio, quam una; nam aliter & expressius significat sepulchrum Christi immersio, quam infusio aut aspersio; expressius adhuc trina immersio, quam una: ergo ex nullo capite conferatur major gratia communicanti sub bina specie, quam sub una.

Obj. Alius est effectus cibi, alius potus: ergo. R. 1. In refecatione spirituali non attendi discrimen inter potum & cibum; eadem enim res spiritualiter nutrit & refrigerat, quæ sunt effectus cibi & potus. 2. In hoc Sacramento potus continetur in cibo, & cibus in potu, sicut in humanis lac est infanti simul cibus & potus.

Inst. 1. Qui bis recipit Christum, plus gratiæ recipit, quam qui semel tantum; atqui, qui communicat sub duplici specie, bis recipit Christum: ergo. R. D. Maj. Qui bis recipit Christum in ordine ad diversam refecationem, plus recipit gratiæ, &c. C. in ordine ad eandem refecationem, N. alias, qui sumeret plures hostias, aut hostiæ partes in eadem communione, vel Calicem pluribus haustibus, plus reciperet gratiæ, quam qui unam tantum hostiam, aut Calicem uno haustu sumeret.

Repones, disparitatem esse, quòd plures hostiæ sint ejusdem rationis, similiter plures haustus Calicis; species verò panis & vini sint diversæ rationis: ergo. R. D. Ant. Species panis & vini sunt diversæ rationis in ratione signi, C. ex parte rei significatæ, N. Est enim utrobique eadem res significatæ; effectus autem attenditur ex parte rei significatæ.

Interes, ergo, qui sumpsisset solum speciem panis in triduo mortis, minorem gratiam recepisset, quam si utramque; quia tunc res significatæ non erat eadem in utraque specie, cum corpus mortuum esset: tunc a sanguine separatam. Subsumo; atqui Eucharistia non est modò majoris efficaciac, quam erat tunc: ergo. R. 1. Data illatione, nihil sequi contra Conclusionem nostram, quæ est de Eucharistia secundum præsentem statum. Cum aptè subsumitur, non esse namque majoris efficaciac, quam tunc, verum est, si totum, quòd nunc sumeretur, scilicet corpus & sanguis, tunc sumeretur: at, cum tunc corpus esset separatam a sanguine, totum non potuisset sumi, nisi sumendo utramque speciem. 2. Quibusdam videtur negandum esse illationem; quia, cum divinitus, quæ est causa principalis gratiæ, semper esset hypostaticè unita corpori, arbitrantur, quòd tunc tantam gratiam causaret unius speciei sumptio, quam duplicis.

Urgebis, Si eadem gratia in summptione utriusque speciei conferatur, conferatur in prima vel secunda summptione: non in prima, alias secunda superflueret; non in secunda, alias Sacerdos mortuus post primam summptionem gratia Sacramenti privaretur: ergo. R. quamvis non sit omninò certum, quòd gratia conferatur, probabilius est tamen conferri ad summptionem primæ speciei, sicut accideret, si quasi partes hostiæ divisæ successivè sumeretur; quia subiecto bene disposito, non videtur ratio, cur differat effectus; istæ enim duæ summptiones constitunt unum Sacramentum, quòd ad instar causæ naturalis operatur per aliquid sui, cum primam potest; & alioquin

sequeretur inconveniens, de quo in instantia. Neque tamèn inutiliter sumitur secunda species, quia id exigit perfectio Sacrificii, & potest per accidens causare majorem gratiam, si subiectum sit melius dispositum.

Insistes, Referunt Historiæ, Clementem VI. ann. 1341. concessisse Regi Gallie communionem sub utraque specie *Ad gratiæ augmentum*: ergo. R. hanc concessionem esse admodum suspectæ fidei. 1. Quidam referunt factam Regi Galliæ, alii Regi Angliæ. Clemens VI. electus est Pontifex ann. 1342. & hæc concessio dicitur facta ann. 1341. 2. Clemens VI. floruit antè Concilium Constantiense, in quo primùm lege generali lata usus Calicis fuit prohibitus. 3. Data veritate hujus concessionis, intelligendum esse augmentum gratiæ non ex opere, sed ex opere operantis, & ratione majoris dispositionis, quam usus Calicis, utpotè magis expressivus Passionis Christi, natus erat causare, præsertim in eo, qui ex majori devotionis affectu hanc licentiam postulabat.

Dices. S. Th. suprâ quæst. 74. art. 1. dicit ex Ambrosiastro, corpus Christi sub specie panis dari pro salute corporis & sanguinem sub specie vini pro salute animæ; undè canit Ecclesia ex ipso: *Quibus sub bina specie carum dedit & sanguinem, ut duplicis substantiæ totum cibaret hominem*: ergo utriusque effectus sunt diversi. R. hæc esse dicta per accommodationem, seu appropriationem, propter similitudinem corporis ad corpus, & proportionem, seu affinitatem sanguinis ad animam; sicut enim est principium vitæ, ita aliquo modo sanguis: quamvis aliunde corpus valeat pro salute animæ; sanguis pro salute corporis. Sic in divinis per appropriationem omnipotentia tribuitur Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui S. quamvis hæc attributa sint tribus personis communia.

ARTICULUS III.

Quibus sit exhibenda, quibus deneganda Communio Sacramentis?

Postquam vidimus de necessitate & obligatione Communionis Sacramentalis, quarimus de ejus subiecto, quibus scilicet debeat dari, vel denegari? Et quæstio est 1. de non baptizatis. 2. de peccatoribus. 3. de infantibus. 4. de amentibus. 5. de energumenis. 6. de damnatis ad mortem. 7. de poenitentibus in mortis articulo. 8. de mortuis. Pro quarum quæstionum resolutione,

Dico 1. Non est exhibenda Communio sacramentalis non baptizatis; quia nemo censetur hujus Sacramenti capax, qui non sit ingressus Ecclesiam, & factus exterius membrum, quòd fit per Baptismum. Undè non legitimus Communionem unquam fuisse exhibitam Catechumenis, quamvis charitate, seu virtute perfectis.

Dico 2. (*Hic q. 80. art. 6. o.*) Peccatoribus publicis evidentiæ facti vel Juris, sive publicè, sive occultè petant, deneganda est Communio sacramentalis extrâ mortis articulum. Peccatoribus occultis publicè poenitentibus est danda, & facta Christi erga Judam, & propter tranquillitatem Ecclesie, & Reipublicæ: occultè petentibus deneganda. Hanc Conclusionem pro meritis expendimus in Tract. de Sioram. in genere Dissert. 6. art. 2. quò Lectorem remitto, ne eadem tertioè repetam. Unum, aut alterum duntaxat addam. 1. Peccator publicus, cui deneganda est communio, dicitur, non is præcisè, cujus peccatum est, aut sui publicum, sed alio duplici sensu. 1. Is cujus status peccaminosus est publicus, id est de quo moralitè notorium est, quòd sit in statu peccati, puta, quia pergit in crimine, vel nulla apparet, aut præsumitur poenitentia. 2. modo dicitur peccator publicus in ordine ad privationem communionis is, qui licet legitime confessus & justificatus, nondum tamen sic vitam emendavit, ut scandalum publicum ex enormitate & infamia criminum secutum reparaverit. Hi sunt, qui referuntur in Ritualibus, ut in Rituali Romano, *Excommunicati, interdicti, manifestique infames, ut Meretrices, Concubinari, Feneratores, Magi, Sortilegi, Blasphemi, & alii ejus generis peccatores*. Propter alia igitur peccata communia, etsi publica, non est deneganda communio, saltem inconsulto Episcopo; quia per Confessionem, imò & ipsam Communionem, reparatur scandalum ex his peccatis communibus sequi natum; atque hæc est praxis communis. Alterum est, quòd Peccatori publico in uno loco probabilius deneganda sit communio petenti in alio loco, in quo non est publicus, si tamen facile posset probari ejus erimen ex loco, ubi publicum est, quia in hac hypotesi non currit pro illo ratio, ob quam diximus posse dari peccatori occulto, nimirum turbatio Ecclesie & Reipublicæ ex impotentia probandi crimen occultum. Vide loco cit. Nequa refert, quòd iste habeat jus ad famam in eo loco, ubi ejus crimen non est publicum; quia non habet jus, ut eam per novum sacrilegium conservet. Undè sibi imputet.

Dico 3. Infantibus olim in quibusdam locis exhibitum fuit Eucharistia, non ex necessitate salutis: sed ob probabiles rationes, ut diximus art. 1. hujus Dissert. §. ex Concil. Trid. puta, ad augmentum gratiæ, cujus sunt capaces Infantes baptizati, & qua confortabantur in adolescentia contra persecutiones tunc frequentes: item, ut abstraherentur ab Idolorum Sacrificiis, in quibus pars Idolothysorum etiam infantibus distribuebatur. At nunc (*Ibid. art. 6. o.*) consuetudine contraria Ecclesie Occidentalis, vim legis habente, non licet amplius Eucharistiam Infantibus dare. Adducta est autem Ecclesia, ut antiquum usum abrogaret, partim propter reverentiam tanto Sacramento debitam, quam utilitati parvulorum, in re non necessaria ad salutem, prætulit; vix enim, aut ne vix Infantes possunt Eucharistiam suscipere sine periculo irreverentiæ, partim quia nesciunt, quid faciunt, & carent devotione; partim ut penitus convelleretur sententia illorum, qui contendebant, Infantes baptizatos sine sacramentali Eucharistiæ perceptione jussu SS. Patres salvari non posse. Dixi *Ecclesia Occidentalis*: Quia Orientales, ut fertur, antiquum morem adhuc retinent. Neque tamen ideo sunt absolute dammandi, cum id ad disciplinam, quæ variabilis est, pertineat.

Dico 4. (*Ibid. o.*) Amentibus, qui nunquam habuerunt usum rationis, pariter neganda est communicatio; est enim eadem ratio de illis ac de Infantibus: iis vero, qui aliquando fuerunt sui compotes, si tunc apparuit in eis aliqua devotio hujus Sacramenti, saltem in hoc quod christiane vixerint, debet in articulo mortis hoc Sacramentum exhiberi, nisi sit periculum vomitibus, aut expunctionibus, alteriusve irreverentiæ. Ita decernitur in Concilio Carthago. 5. Can. 7. Refertur cap. Is qui 26. q. 60. in Concilio Arausticano 1. Can. 3. & in Catech. Romano num. 49. (*Ibid.*) Quantum ad semitatum, si valeant distinguere hunc celestem cibum à profano, debet ipsis exhiberi in articulo mortis, & in Paschate tantum. Item dicendum de surdis & mutis a nativitate, si per signa vel nutus ostendant dolorem de peccatis, & discretionem inter hunc cibum & profanum.

Dico 5. (*Ibid. 2. o.*) Emergentibus, dum sunt sui compotes, exhibenda est communicatio, non solum in articulo mortis & in Paschate, sed etiam aliis temporibus juxta judicium prudentis Confessarii. Quamvis aliquando in quibusdam Ecclesiis arcerentur a sacra mensa, ut constat ex l. 8. Constitut. Apostol. c. 7. & ex antiquis liturgiis, secundum quas Diaconus, post exitum Catechumenorum, clamabat: *Exite Emergentes*, non tamè ubique, nec diu iste mox viguit; contrarium enim præscribitur can. 14. Concilii Araus. 1. Idem legitur in collat. Cass. collatione 7. cap. 29. apud Aug. l. 12. de civit. c. 8. & S. Prosper. lib. de prædict. & promiss. Dei c. 6. Hanc rationem profert Cassianus: *Magis namque, inquit, ac magis inimicus insultabit obsesso, cum cum a celesti medicina viderit segregatum; tantique diris & frequentius attentabit, quantum a spirituali remedio longius senserit abdicatum.*

Dico 6. Praxis denegandi Eucharistiam damnata ad extremum supplicium olim viguit in Hispania, ut refert Soto, sed eam nunc exolevisse, scribit Sylvius hic q. 80. art. 6. quest. 1. sub finem, qui contrarium falso affingit Gaspar Juenin. Viget adhuc nunc in Gallia. At magis probanda videtur praxis contraria; hæc namque sancitur in Jure 2. p. Decreti causa 13. q. 2. cap. *Questio* 30. In Concilio Moguntino ann. 847. Can. 80. ubi non est questio de absolute a peccatis, ut præterit Juenin, sed de communione, quam appellat *Eucharistiam & Communionem Viatici*. In Tiburiensi, ubi laudatur Canon 12. Concilii Niceni. In constitutione 91. S. Pii V. & ne extra Galliam excurramus, in Concilio Rhemensi ann. 630. statuto 11. ubi dicitur: *Cur ad mortem condemnatis renuitur Eucharistia, cum iis maxime conducta ad spem & securam certam decessus, & presentis agonis?* Suffragantur consensus aliarum Nationum, eamdem praxim observantium. Edicta Belgica art. 10. & Constitutio Caroli V. His adde præceptum divinum de sumendo Viatico in morte, a quo non videntur sufficienter eximere rationes Juenin.

Dicit namque 1. damnatos ad mortem non amore justitiæ, sed timore pœnæ crimina sua plerumque detestari. 2. Reos, extremo supplicio afficiendos, esse examinatos, nec posse distinguere inter hunc sacrum cibum & profanum. 3. Injuriam irrogari Christo, quod corpus, in quod intravit, eodem die Tortoris manu cum ignominia tractetur. Ad 1. R. detestationem criminum nihil conferre ad declinandam supplicii pœnam, ideo non timore pœnæ dicendi sunt poenitentes. Sed ita sit nihil verat, Deum timore periculis infundere gratiam contritionis. Ad 2. nostra sententia supponit, reos esse sui compotes, quales revera sunt plerumque, cum admittantur ad Confessionem sacramentalem. Ad 3. Species in stomacho brevi corrumpuntur: unde corpori Christi nulla irrogatur injuria. In quibusdam tamen Provinciis non afficiuntur supplicio nisi die sequenti -ommunionem.

Dico 7. Peccatoribus, in ultimo exitu tantum poenitentibus non est deneganda communicatio. Sequitur ex præcedenti, & prob. ex Concilio Niceno 1. Generali Can. 18. ex Carthago. 4. ann. 398. Can. 76. ubi legitur de illo, qui reconciliationem petit in infirmitate: *Si continuè creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia.* Ex Concilio Agathensi ann. 506. Can. 15. ubi habetur: *Viaticum omnibus in morte positus non negandum.* Ex Concilio Araus. 1. Can. 3. Ex Innocentio I. Ep. 1. ad Exuperium. Ex Innocentio III. cap. *Quod in te l. 5.* Decretal. tit. 38. de poenit. & remis. Equidem fautor, contrariam praxim aliquando fuisse observatam in Africa & Hispania; at fuit quarundam Ecclesiarum tantum, nec constans, nec diuturna. *Observatio prior*, inquit Innocentius I. citatus, *durius; posterior, interveniente misericordia, inclinatio.*

Dico 8. Abusum dandi Eucharistiam mortuis reprobatum Concilium Cartag. 3. ann. 397. Can. 6. his verbis: *Placuit, ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Dicitur est a Domino, accipite & edite; cadaverem autem nec accipere possunt, nec edere.* Idem Concilium Trullan. Can. 83. & Antisiodorensis in Gallia ann. 578. Can. 12. Emanavit verisimiliter iste abusus ex simplicitate fidelium, qui existimabant sic posse satisfieri præcepto de sumendo Viatico, & id esse mortuis aliquod salutis subsidium. Inolevit pariter aliter usus apponendi supra pectus mortuorum hostiam consecratam, quæcum innumabantur, quod factum legitur a S. Basilio in ejus vita apud Amphilochoium, & a S. Benedicto erga corpus Monachi defuncti quod & sepulchro ejectionem inventum fuerat, apud S. Greg. l. 2. Dialog. c. 24. Hunc usum originem duxisse ex causis sequentibus conficiunt Auctores. 1. Ne corpora mortuorum ejicerentur & sepulchris, ut contigerat Monacho S. Benedicti. 2. Ne in corpora defunctorum deserviret Dæmones. 3. Ut hoc ritu averterentur fideles a superstitione Gentilium, qui mortuis obolum imponebant solvendum vectori Acherontis.

ARTICULUS IV.

De dispositionibus requisitis ad percipiendam Communionem Sacramentalem.

Quædam se tenent ex parte animæ, quædam ex parte corporis.

§. I. Dispositiones requisite ex parte animæ.

Dico 1. (*Ibid. art. 6. o.*) Cum Eucharistia sit Sacramentum vivorum, supponit in recipiente statum gratiæ, saltem prudenter existimatum. Undè, qui cum conscientia peccati mortalis illud recipit, grave peccatum sacrilegii committit: 1. quia juxta Apost. 1. Cor. 11. *Qui manducat indignè, judicium, id est, condemnationem, sibi manducat, non dijudicans corpus Domini.* Item sit reus corporis & sanguinis Domini, quasi ipsum rursus crucifigeret. 2. Quia, quicumque hoc Sacramentum suscipit, ex hoc ipso significat se esse per charitatem Christo unitum, & ejus membris incorporatum: ergo, qui cum conscientia peccati mortalis hoc Sacramentum suscipit, falsitatem committit in re maxima.

Dico 2. Nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis se contritum existimet, debet absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere, nisi desit illi copia Confessarii, & urgeat necessitas communicandi. Quod, si urgente necessitate Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit, quam primum confiteatur: Ita in terminis Concilium Trid. sess. 13. cap. 7. & iterum sic Can. 11. *Statuit, atque declarat ipsa sancta Synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumque etiam se contritos existiment, habitæ copiam Confessoris necessariò præmittendam esse Confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asserere, seu etiam publicè disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.* Fundatur hæc obligatio in illo Apost. 1. Cor. 11. *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat & de Calice bibat.* Hanc autem probationem *Consuetudo Ecclesiastica*, inquit Trid. cap. 7. cit. semper intellexit sacramentalem Confessionem. Neque refert, quod ad alia Sacramenta vivorum suscipiendis non requiratur necessariò Confessio sacramentalis, sed sufficiat contritio; quia istud Sacramentum, cum ipsum Christum Deum & hominem contineat, digniore dispositionem & majorem reverentiam, quam cætera, requirit. Hinc

Colliges 1. Hoc præceptum probabilis non esse tantum Ecclesiasticum, aut Apostolicum, sed etiam divinum; quia Apostolus prius dixerat: *Ego enim accipi a Domino, quod & tradidi vobis.* Inter alia autem tradidit hoc præceptum. Et quam-

quamvis aliqui arbitrentur hæc verba: *Ego enim accipi, &c.* afficere tantum institutionem hujus præcepti, quæ refert, non præceptum se probandi, quod statuit; probabilis tamen videtur, quod afficiant etiam hoc præceptum; quia Apostolus ibi redarguit Corinthios, quod illud non servarent: ergo jura erat positum. Verisimile est tamen, Græcos ante Concilium Florent. hoc præceptum non apprehendisse ut divinum, si quidem eorum Sacerdotes non præmittunt Confessionem sacramentalem ante celebrationem, ut illis exprobravit Eugenius IV. in Concilio. Colliges 2. Dubitantem, an sit reus peccati mortalis, teneri præmittere Confessionem, quia in dubio tutius est eligendum. Et hic est sensus communis Doctorum, & praxis communis fidelium. Colliges 3. Eum, qui post Confessionem legitime factam recordatur ante Communionem peccati mortalis non confessi, probabilis teneri illud confiteri, anequam communicet: quia, licet sit indirectè remissum cum aliis, non est tamen confessum; est autem præceptum confitendi omnia mortalia. Undè hoc peccatum omisum non est remissum, nisi sub aliquo onere, scilicet illud confitendi potest, si redeat in mentem. Si dicas, ipsum se probasse per Confessionem; equidem se probavit, sed insufficienter, quia probatio requirit Confessionem omnium peccatorum mortalium, quæ occurrunt memoriæ ante Communionem. Non diffiteor tamen, oppositam sententiam esse probabilem, hæc potissimum ratione, quod ipse sit in gratia, & de hoc æquè certus sit, ac si hoc peccatum confessus fuisset; ad nihil autem aliud requiritur Confessio ante Communionem, si quidem obitio confitendi proveniat ex natura Poenitentis, non Eucharistiæ, quæ secundum se non requirit, nisi statum gratiæ. Sicque videtur, quod verba Tridentini dicentis actum adesse esse omnia peccata pro tunc quorum conscientia habetur, sint intelligenda de peccatis, quæ nec sunt indirectè remissa. Ceterum, cum prima sententia sit communior, & tutior, ique sit sensus communis fidelium, qui, si recorderentur alicuius peccati omissi in Confessione, solent redire ad Confessarium ante Communionem, ab hac praxi nullatenus sint avocandi.

Colliges 4. Ex verbis Tridentini licitum esse communicare cum sola contritione, absque præmissa Confessione sacramentali, quando hæc duo simul occurrunt, defectus Confessarii, & necessitas communicandi. Sed difficultas est, quandonam censetur deesse copia Confessarii, & adesse necessitas communicandi. Quantum ad copiam Confessarii censetur deesse 1. Quando non adest præsens Confessarius, & ita distat, ut adiri non possit sine gravi incommodo, propter, vel longiorem distantiam, vel difficultatem, aut periculum viarum, vel infirmam valetudinem, vel æris intemperiem; aut quia instat hora celebrandi, nec potest Sacerdos sine nota differri. 2. Si adest Confessarius, sed vel non est approbatus pro hac Diocesi, vel est surdus, aut mutus, vel non vult audire, vel Confessio ipsi fieri non potest sine interprete. 3. Si ex Confessione alicujus peccati præsentis Confessario imminet grave damnum, puta, fractio sigilli, graves inimicitie, & quidquid excusat ab integritate materialis Confessionis; quo casu communicaturus, si hoc solum peccatum mortale habeat, non tenetur confiteri: si alia mortalia habeat, hæc confiteri debet, omissio illi, ex quo timet damnum, illud alteri postea confessurus. Idem tamen censent, quando adest Confessarius communis non admissus ad reservata, & communicaturus habet reservatum; quod tamen alii negant propter defectum jurisdictionis in Confessario, qui juxta Trid. nihil potest in reservata: unde dicunt, communicaturum in hoc casu debere se gerere, ac si non addeset Confessarius, de qua difficultate specialius dicam, dum de Confessione. Non censetur autem deesse copia Confessarii si absente tuo ordinario alter adsit, vel si tibi Regulari desit Confessarius tui Ordinis præsentem altero, cui tibi extra Conventum licitum est confiteri.

Quantum ad necessitatem. Censetur adesse necessitas celebrandi, 1. si aliquo, vel ipse Sacerdos, vel aliter esset mortiturus sine Viatico; quia licet non sit simpliciter necessarium, est tamen admodum utile in exitu, in quo insuper urget præceptum divinum de Communione. 2. Quando Parochus debet die Festo celebrare, nec potest habere alium, qui ejus vicem suppleat: idem dic de vicis ejus gerente. An autem id etiam sit dicendum de eo, qui non ex officio, sed ex charitate tantum tenetur celebrare? Multi negant; quia populus non habet jus exigendi ab eo Missam, & sic eam omitendo nullum jus violatur. Si tamen attendatur bonum spirituale communitatis, aut pliorum, & maxime quod nullo Sacerdote celebrante in die Festo natum sit sequi grave scandalum, non audeam damnare, qui ex his motivis celebraret. Confessione non præmissa. Non tamen sequitur inde, quod idem, vel Pastor possit celebrare, ne ipse privetur Missa in die Festo, non enim currunt eadem rationes. Neque etiam, saltem probabilis, ut ipse, vel Parochianus faciat Communionem Paschalem, *Theol. Billuart. Pars Tertia.*

quippè quæ propter varias alias rationes potest differri. 3. Est necessitas, quando celebratio, vel communicatio omnium non potest sine scandalo, aut gravi nota. Casus proponitur communiter: si communicaturus, ut celebratur recorderetur peccati mortalis non confessi, & communicaturus jam accessisset ad sacram mensam, celebraturus ascenderit Altare, aut debet celebrare hodie pro defuncto præsentem, aut Missam ad certam diem hebdomadæ renuntiaverit: hos casus, ut plurimum admittimus, quia ut plurimum in his non potest omitti Missa, aut Communicatio sine scandalo, & gravi nota. Si tamen, his seclusis, posset præmitti Confessio, puta, si Sacerdos posset ex honesto prætextu remittere Missam in alteram diem, si ante Consecrationem posset secreto confiteri uni ex suis Ministris, ad id teneretur. Dico autem Consecrationem; quia post Consecrationem non debet interrumpi Sacrificium.

Dices 1. In his casibus Sacerdos non potest celebrare sine vestibus sacris: ergo similiter non confectus. 2. In secundo casu præceptum audiendi sacrum in die Festo est tantum Ecclesiasticum; præceptum autem præmittendi Confessionem confessionis est, ut diximus, probabilis divinum, quod debet præferri Ecclesiastico: ergo. R. ad 1. Disparitas est. 1. Quod vestes sacre per nihil aliud possint suppleri, Confessio autem potest suppleri per contritionem. 2. Sensus communis fidelium sic intelligit prius præceptum, non posterius. Ad 2. Est præceptum præmittendi Confessionem sit divinum, est tamen affirmativum, quod non obligat pro semper, maxime quando observari non potest sine violatione juris alieni, detrimento boni spiritualis, scandalo, & diffamatione.

Dicitur est in Conclusionem ex Concilio Trid. quod, *Si Sacerdos conscius peccati mortalis urgente necessitate absque prævia Confessione ob defectum Confessarii celebret, tenetur quam primum confiteri*; circa quas particulas plura sunt observanda. Observandum est 1. His verbis contineri non simplex consilium, ut patet ex hac propositione damnata ab Alexandro VII. *Mandatum Tridentini factum Sacerdos sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quam primum, est consilium, non præceptum.* Observandum 2. Hoc præceptum spectat re solos Sacerdotes celebrantes, non Laicos, aut Sacerdotes more Laicorum communicantes. Patet ex terminis Concilii: *Si Sacerdos absque prævia Confessione celebraverit*: ubi nihil de Laicis, aut Sacerdotibus, more Laicorum communicantibus. Ratio hujus discriminis verisimiliter fuit, quod iste casus propter frequentem necessitatem celebrandi sæpe contingat in celebrantibus, rarissimè in communicantibus. Observandum 3. Quod, si Sacerdos post celebratam Missam recorderetur peccati mortalis, non teneatur vi hujus præcepti, quam primum confiteri; quia Concilium loquitur tantum de Sacerdote, qui conscius peccati mortalis celebravit; iste autem non celebravit conscius peccati mortalis. Utrum verò, si inter celebrandum, sive ante, sive post Consecrationem, peccati recorderetur, teneatur hoc præcepto, dubium est; quia ex una parte ille celebrat conscius peccati mortalis: ex altera parte videtur, quod Concilium loquatur de eo, qui conscius est ante celebrationem; dicit enim *absque prævia Confessione*, scilicet *prævia ad actum celebrandi.* Tutius suadeo.

Observandum 4. Quod, quamvis Concilium loquatur tantum de Sacerdote, qui conscius peccati mortalis ex necessitate, non præmissa Confessione, celebrat; a fortiori eodem præcepto probabilis teneatur, qui absque necessitate, & habita copia Confessarii, non præmissa confessione sacrilegè celebrat. Si enim id requirit Concilium ab eo, qui necessitate compellente celebrat, ne eandem necessitatem incurrat; quantum magis ab eo, qui sine ulla necessitate sacrilegè celebrat, ne inde consuetudinem sacrilegè celebrandi contrahat? Observandum 5. Id *quam primum* non intelligi, quando suo tempore confitebitur, ut patet ex condemnatione hujus propositionis ab Alexandro VII. *Illam particulam quam primum intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.* Neque etiam intelligitur strictè, & physicè, quasi immediatè post Missam teneatur confiteri; nulla enim actio moralis sic præcipitur, nisi in præcepto exprimitur; sed intelligitur moralitèr, id est, post unum, vel alterum diem, nisi occurrant legitima impedimenta. Officium Parascæve communis censetur a Theologis comprehendi sub hoc præcepto Trid. quia dicitur communiter celebratio.

Hic usque dicta spectant dispositiones requisitas, ut quis non indignè accedat ad hoc Sacramentum. Ut autem assequatur omnes mirabiles illius effectus, de quibus infra, requiritur insuper fides viva, quia est Mysterium fidei; spes firma, quia est pignus gratiæ, amor intensus Dei, & proximi, quia est Sacramentum charitatis, & unitatis; memoria mortis, & Passionis Domini, quia jussit id fieri in sui commemorationem; & tandem omnium aliarum virtutum apparatus, quia omnium virtutum exemplar continet.

§. II. Dispositiones ex parte Corporis sunt duae, Jejunium, & Corporis mundities.

J E J U N I U M.

Duplex distinguitur Jejunium. Unum Ecclesiasticum, quod consistit in abstinencia a certis cibis, & in una tantum refectione. Alterum est jejunium naturae, quod consistit in abstinencia ab omni eo, quantumvis minimo, quod sumitur per modum cibi, aut potus, sive nutriat, sive non nutriat, modo tamen sit per stomachum alterabile, & digestibile: alioquin posset dicitur jejunium physicum, sed non naturale.

Dico. (Ibid. art. 1. o. & ad 4.) Jejunium naturale requiritur praecipue Ecclesiastico ad Communionem, ita ut sumptio cujuscumque rei quantumvis in minima quantitate per modum cibi, aut potus, aut medicinae, post mediam noctem arceat sub peccato mortali a Communione, nisi in certis casibus exceptis. Ita auctoritas Canonum auctoritate sancitum est, & universali Ecclesiae consuetudine receptum, ut declaravit Concilium Constantiense sess. 13. his verbis: Sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, & approbata consuetudo Ecclesiae servavit, & servat, quod hujusmodi Sacramentum non debeat confici post coenam, neque a fidelibus non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, a Jure, vel Ecclesia concessio, vel admisso. Sic equidem statuunt Concilia, Carthag. 3. Can. 3. Trullanae Can. 27. Toletanae 7. ann. 649. Can. 2. ubi legitur: Nullus post cibum potumve quemlibet minimum sumptum, Missae faciat. Sic tradunt SS. Patres; Tertullianus libr. 2. ad uxorem c. 5. dicens, panem Eucharisticum sumendum ante omnem cibum. Cyprianus Ep. 63. ad Caecilium. Basilii hom. 1. de Jejunio. Chrysost. hom. 27. in 1. Cor. Aug. Ep. 18. nunc 34. ad Januar. Placuit, inquit, Spiritui S. ut in honorem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam ceteri cibi. Hujus legis (Ib.) plures congruentias adfert Auctor. Prima est ex Aug. propter reverentiam tanti Sacramenti. Secunda, ut detur intelligi, quod Christus (qui est res hujus Sacramenti) & charitas ejus debeat primo fundari in cordibus nostris, secundum illud Matth. 6. Quarite primum Regnum Dei. Tertia propter periculum vomitus, & ebrietatis.

Dices, Christus instituit, & distribuit Eucharistiam post Coenam: ergo. R. N. Cons. Christus enim habuit speciales rationes. Secundum Aug. citatum, ut vehementius commendaret Mysterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit acriter infigere cordibus, & memoriae discipulorum. 2. Voluit, ut desideret vetus Pascha, & memoriae discipulorum. 2. Voluit, ut desideret vetus Pascha, & memoriae discipulorum. 2. Voluit, ut desideret vetus Pascha, & memoriae discipulorum.

Equidem olim in aliquibus Ecclesiis Africanis feria 5. Hebdomadae sanctae ob memoriam Coenae Dominicae, & ad imitationem Christi, Sacerdotes post coenam celebrabant, & fideles communicabant. Verum iste usus, quem pro sua modestia non audeat condemnare Aug. non fuit universalis, nec diuturnus, sed a Concilio Braccaren. I. saeculo 6. vel ut alii volunt, in eunte saeculo 7. Can. 16. fuit reprobatus, ac tandem consuetudine contraria ubique abrogatus. Quantum ad Agapas, quae erant convivium a primis fidelibus in Ecclesia celebrari solita, verosimilius est Apostolos, & praesertim Paulum 1. Cor. 11. praecipisse, ut post perceptam Eucharistiam fierent; sed & propter abusus non diu subsisterunt.

Explicatur Conclusio.

Dixi 1. Post mediam noctem: quia in Ecclesia Romana initium diei naturalis sumitur a media nocte, sique hoc jejunium a media nocte est estimandum, & ita communi usu estimatur. Unde, qui dubitat, an aliquod sumperit post mediam noctem, debet tutius sequendo abstinere a communionem. Si dubium oriatur ex diversis horologiis diverso tempore sonantibus, & utrum habeatur communiter ut certa regula, alterum ut incerta, licet sequi primum, quia pro illo stat praesumptio veritatis, secus si neutrum alteri praevalat. Id etiam advertendum, quod, probabilis loquendo, ad primum ictum campanae hora quoddecima sit elapsa. Dixi 2. In quantumvis maxima quantitate: quia jejunium naturale consistit in indivisibili; non enim magis est jejunium naturaliter, qui parum, quam qui multum manducavit; unde non admittit levitatem materiae. Aliunde, quando levitas materiae in ipso praecipio exprimitur, ut in praesenti, levis materia non excusat. Qui ergo micam panis, aut guttulum vini alteriusve liquoris deliberat per modum cibi, aut potus sumpsisset, peccaret mortaliter communicando. Dixi 3. Per modum cibi, aut potus: ad quod requiritur, quod ab extrinseco intronatur per os in stomachum, sique

ab eo alterabile, & digestibile, etiamsi forte non nutriat. Si enim communi hominum sensu intelligitur aliquid sumi per modum cibi, aut potus; non verò quod sumitur per modum respirationis, aut salivae.

Hinc inferes 1. (Ibid. ad 4.) Quod, qui casualiter deglutit pulverem, fenum, muscam, guttulam aquae, vini, jusculi immixtam salivae, sive os lavando, sive incedendo tempore pluvioso, sive gustando vinum, aut jusculum, & statim expepuendo, item guttulam sudoris ex facie, aut sanguinis ex naribus similiter immixtam salivae, non frangeret jejunium naturale; quia haec sumitur per modum respirationis, aut salivae, non per modum cibi, aut potus. Idem dicendum de sanguine, aut alio humore defluente ex capite, aut dentibus, quia non ab extrinseco sumitur; secus de eo, qui propriam urinam biberet, aut de foemina, quae proprium lac sugeret; quia ab extrinseco per modum potus sumeretur. Inferes 2. aurum, argentum, stannum, plumbum, ferrum, & similia intro sumpta probabilis non frangere jejunium naturae; quia, cum sint inalterabilia per stomachum, sed indigesta ejiciantur, non censentur sumpta per modum cibi, aut potus, nec ideo frangere jejunium naturale, sed physicum tantum: secus de cartha, terra, carbonibus; haec enim sunt digestibilia. Inferes 3. enim frangere jejunium naturale, qui sacrorum decumbendo ori impositum post mediam noctem etiamsi dormiens, deglutiret; quia, cum in hunc finem ori imposerit, ut sensum deglutiretur, censetur moraliter loquendo continuata comestio, donec totaliter sit deglutitum. (Ibid. ad 4.) Secus de reliquiis coenae praecedentis in ore remanentibus, quae si casualiter deglutiantur, non frangunt jejunium naturale; quia, cum moraliter loquendo sit absoluta comestio in coena, non censetur comedi per modum cibi, sed sorberi per modum salivae. Dixi casualiter: quia sic loquitur Auctor, per quod inquit quod, si advertenter sumantur, frangunt jejunium. Scio, quosdam interpretari S. Thom. de reliquiis, quae ex ore extraherentur, & iterum sumerentur, ut quandoque contingit, dum dentes calamo mundantur: sed id non liquet: unde si advertantur, expantur: sin, tutius erit abstinere a Communionem.

Inferes 4. Folia, aut pulveres tabaci per nasum assumpti, licet aliquid incidenter traficiatur in stomachum, non frangere jejunium naturale; quia, cum non sumantur per os, id, quod traficitur in stomachum, non potest censeri sumptum per modum cibi, aut potus, sed per modum respirationis, aut salivae. Si dicas, id saltem videri zeque indecens, ac sumptio cibi, aut potus, R. neque in sumptione cibi, aut potus ullam aliam esse indecentiam, quam quae provenit ex prohibitione Ecclesiae, non enim Apostoli incidenter communicantur cenati. Quamvis ergo possit esse indecentia in modo sordio sumendi tabacum per nares, non videtur tamen ipsa sumptio secundum se indecens nulla lege prohibente. Circumferunt quidem duo Concilia Americana, quae dicunt prohibuisse sumptionem cujusvis tabaci ante Communionem, sed non habent vim in his partibus. De tabaco fumigato idem probabilis videtur dicendum; quia totus fumus a fumigante solet emitti per os, aut nares, & si quid leve deglutitur, id fit pariter per modum respirationis, aut salivae; et tamen propter factorem indecens. Quantum ad tabacum masticatum major est controversia inter Auctores. Quidam affirmant eo frangi jejunium; quia masticatio est actio de se ordinata ad manducationem, nec aliud requiritur, ut sit completa manducatio, quam intro sumptio, quae sequitur ordinariè, & in sat magna quantitate succuleotium. Alii negant, quia ista masticatio nullatenus ordinatur ad introsumptionem, cum habeat completum effectum agendo in ore; falsumque reputant, quod ordinariè plures partes succulentiores introsumantur, etiam minuz cum saliva, cum id maxime caveant masticantes propter aere, & ingrati saporis. Quod, si quid leve permixtum salivae deglutatur, perinde erit, ac de aqua, vel vino, quod ex lotionem oris, aut degustatione vini salivae permixtum deglutitur. Ita inter plures novissime Pontas verbo Messe. cas. 6. id videtur mihi probabilis. Quia tamen iste modus utendi tabaco est sordidus, & indecens, convenit ab eo abstinere ante Communionem.

Petes, utrum non sit etiam praecipuum manere aliquandiu jejunus post sumptionem Eucharistiae? R. (Ibid. ad 6.) a Papa Clemente olim statutum fuisse, ut, sumpta mane Eucharistia, jejunium servaretur usque ad sextam; sumpta vero hora tertia, vel quarta, servaretur usque ad vesperam; sed quia nunc oportet frequentius, quam tunc divina Mysteria celebrare, id non potest de facili observari, & ideo per contrarium consuetudinem abrogatum est. Debet tamen ex decencia esse aliqua mora inter sumptionem hujus Sacramenti, & alios cibos; unde in Missa Orationes, gratiarum actiones post Communionem dicuntur, & communicantes etiam suas privatas Orationes dicunt. Nihil ultra requirit Auctor.

Dixi 4. Nisi in certis casibus exceptis. Primus est infirmitas

ad mortem, per quam intelligitur periculum mortis, sive naturalis, sive violentae. Si periculum non instaret, debet differri Communionem in sequentem diem, ut infirmos jejunus Viaticum sumeret, atamen hoc ipso, quo morbus est periculosus, non est scrupulose differenda Communionem, nec cogendus Pastor, ut post mediam noctem afferat, id enim non est in usu; & aliunde ex Concilio Constantiensi infirmi eximuntur a praecipio jejunii pro suscipiendo Viatico. Durante autem infirmitate, & periculo mortis, poterit adhuc post sex aut septem dies non jejunus Eucharistiam sumere, non per modum Viatici, quod sanctum tantum in eadem infirmitate sumitur, sed ex devotione, sic mentem benignae Matris Ecclesiae in his filiorum suorum angustis interpretantur communiter Theologi: & quod dicit Rituale Romanum, infirmos communicantes ex devotione debere esse jejunos, intelligunt de his, qui non infirmitate ad mortem.

Secundus casus est necessitas proficiendi Sacrificii. Sic, si Sacerdos post Consecrationem moriatur, aut non possit perficere, alter non jejunus, si desit jejunus, potest, & debet perficere. Item, si sumpto Calice deprehendat non esse vinum, debet iterum consecrare, & sumere. Item, si post Consecrationem recorderet se non esse jejunum, debet prosequi; quia praecipuum proficiendi Sacrificium praestat praecipio jejunii. Si vero recorderet ante Consecrationem, tutius esset, inquit Auctor, (Ibid. q. 83. art. 6. ad 2.) ab altari recedere. Sic tamen intellige, si possit recedere absque scandalo, aut gravi nota, quod vix, aut non vix potest vitari, dum Sacerdos celebrat publice.

Tertius casus est periculum profanationis Eucharistiae, ut si conculeanda foret ab Haereticis, devoranda ab animalis, comburenda, &c. posset sumi tam a Laico, quam a Sacerdote non jejunus, si desit jejunus: quia, quod in reverentiam Sacramenti praecipuum est, cedere non debet in irrevocantiam. Quartus casus: si Sacerdos post ablutioem adhuc existens in altari reperiat, vel in corporali, vel in mappa, vel in patena, particulas a se in eadem Missa consecratas, debet eas sumere; quia pertinent ad complementum Sacrificii, quod jejunus inchoavit; secus, si ab alio, vel a se ipso, sed in alia Missa essent consecrate, quia tunc non pertinent ad idem Sacrificium. Similiter, si jam recessisset ab Altari, quia tunc jam est completa actio Sacrificii; suppono in his ultimis casibus non esse periculum irreverentiae, si sorrentur: alioquin deberet sumere. Similiter, si palato, vel Calici adhereret particula hostiae, potest aquam, vel vinum sumere, ut eam deglutat, quod etiam licitum est circa infirmum: in his enim casibus violatio jejunii non censetur moraliter praecedere Communionem.

Difficultas restat, an Sacerdos non jejunus possit celebrare ad communicandum infirmum, alioquin sine Viatico moriturum? Primum aspectu videtur, quod sic; quia praecipuum de sumendo Viatico est divinum; praecipuum vero non celebrandi post cibum assumptum est Ecclesiasticum tantum, quod debet postponi divino. Sic diximus supra, Sacerdotem non confessum posse celebrare pro communicando infirmo. Attamen sententia negativa est communis, cujus fundamentum aliud non apparet, quam hunc esse communem sensum Ecclesiae, ex qua, cum sit a Christo edocta, colligitur hanc esse Christi voluntatem, ut praecipuum communicandi in hoc casu non obliget infirmum, ut suscipiat; nec Sacerdotem, ut conficiat. Hanc autem esse communem Ecclesiae sensum, constat. 1. Ex eo quod Concilium Constantiense expressè eximat a jejunio infirmos communicandos, & non eximat Sacerdotes pro infirmis celebrandos. 2. Ex maxima cura, quam adhibet Ecclesia, ut sorrentur hostiae consecrate pro infirmis. 3. Ex generali ejus praxi nullum enim profertur exemplum, Sacerdotem non jejunum celebrasse pro communicando infirmo. 4. Tandem ex communi Theologorum sententia; paucissimi sunt enim, qui tenent oppositum.

Unde, cum dicitur divinum praecipuum praevalere Ecclesiastico, verum est, cum divinus Legulator vult illud observari; quod non contingit in casu Paritatis est, si desint sacra vestes, aut azyms in Ecclesia latina. Ad paritatem de Sacerdote non confesso, multiplex est disparitas. 1. Diversus Ecclesiae sensus. 2. Confessio potest suppleri per contritionem, jejunium per nihil aliud. 3. Nullum scandalum, nulla infamia oritur, quod Sacerdos dicat se aliquod sumpsisse; sicut, si diceret se commisisse peccatum mortale. Ad alias paritates, si quae opponantur, respondendum est, in positivis, & quae pendunt a voluntate, sive divina, sive humana, argumenta a paritate esse infirma.

Mundities Corporis.

Quaestio est de pollutione, & actu conjugali; nam mulierum menstrua, fluxus sanguinis, lepra, & similia non arcent a Communionem, cum hujusmodi corporis defectus sint mortales, & quae pendunt a voluntate, sive divina, sive humana, argumenta a paritate esse infirma.

bi naturales, qui non magis quam alii impediunt devotionem. Unde Greg. libr. 12. Ep. 31. ad Augustinum Angolorum Episc. de muliere, quae fluxum sanguinis patiens solum vestimenti Christi tetigit, ait: *Feminis namque, & menstruis eius sanguinis fluxus aegritudo est: Si igitur bene praecipuum est, quae vestimentum Domini in languorem posita tetigit. Quod uni personae infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quae naturae suae vicio infirmantur?* Unde si usus contrarius aliquando invaluit, jam abrogatus est.

Quantum ad pollutionem, Auctor, (Ibid. art. 7. o.) in primis statuit principium generale, scilicet, solum peccatum mortale impedire ex necessitate perceptionem Eucharistiae, ita scilicet quod sumendo sit reus corporis, & sanguinis Domini. Ex quo inferit 1. solam pollutionem mortaliter culpabilem, sive in se, sive in sua causa (& quamvis loquatur tantum de nocturni, perinde est de diurna) impedire ex necessitate communionem. Et ad 2. intelligit de pollutione mortali, quae non est remissa per Sacramentalem Confessionem. Inferit 2. pollutionem venialiter tantum culpabilem, aut etiam inculpabilem, non impedire de necessitate communionem, sed ex congruitate tantum, & decencia propter duo: 1. propter facilitatem quaedam corporalem; nisi forte talis immunditia sit perpetua, vel diuturna, vel causata ex sola nequitia Daemonis, cujus signum est, quod ordinariè causetur, dum est communicandum. 2. propter evagationem mentis, quae sequitur ordinariè pollutionem. Adde tamen in fine corporis, quod hoc impedimentum, quod ex duplici congruitate provenit, postponi debeat propter aliquam necessitatem, puta, ut S. Gregorius dicit, cum aut festus dies exigat, aut exhibere ministerium, pro eo quod Sacerdos alius desit, ipsa necessitas compellit.

De actu conjugali ibid. ad 2. similiter resolvit, quod, si sit sine peccato, ut dum sit causa prolis generandae, vel reddendi debiti, impedit a Communionem ex congruitate tantum, & decencia, propter immunditiam corporalem, & distractionem mentis, sicut de pollutione dictum est. Et hoc sensu interpretatur, caput Scitatis, causa 33. q. 4. desumpta ex Hieron. Ep. 1. ubi dicitur: *Scitatis, Fratres charissimi, quantum, quicumque uxori debitum reddat, vacare non potest orationi, nec de carnibus Agni comedere debet, scilicet ex congruitate, & decencia.* Unde addit ibid. Hieron. Scio, Romae hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi corpus accipiant; quod nec reprehendo, nec proba. Addit tandem ibid. S. Thom. quod, si non amor procreandae sobolis, sed voluptas dominatur in opere (ut Ep. citata Gregorius subdit) tunc prohiberi debet, ne accedat ad hoc Sacramentum: quod intelligi debet, sicut de pollutione veniali, de majori, & strictiori debito congruitatis, quatenus inest, & major factitas, & major mentis distractio, & insuper peccatum veniale, eo quod amor voluptatis non reformat, nec rectificat actum, quem reformat, & rectificat causa procreandae prolis.

Dubium hic movetur, quo sensu S. Thom. dixit pollutionem, seu actum conjugalem inculpabilem, aut venialiter tantum culpabilem, non impedire de necessitate communionem? Utrum hoc sensu, quod, sic communicat, nullatenus peccet; an quia non peccat mortaliter, licet peccet? Pro 1. sensu facit, quod, si sic communicando peccaret venialiter, hujusmodi pollutio impediret de necessitate communionem, quia etiam necesse est vitare peccatum veniale. Unde ad 2. de conjugibus, qui causa procreandae prolis conveniunt, dicit cum S. Gregorio, quod suo iudicio sint relinquendi, ut communicent, vel non communicent, secundum congruitatem, & non secundum necessitatem; si autem peccarent venialiter, non essent relinquendi suo iudicio, nemo enim est relinquendus suo iudicio, ut peccet venialiter. Hae Sententia non est improbabilis. Pro 2. sensu, quod ipse S. Doctor in corpore articuli explicet, non impedire de necessitate sic, ita scilicet quod homo sumendo sit reus corporis, & sanguinis Domini, quod importat peccatum mortale. Et in 4. d. 9. q. 1. art. 4. quest. 2. loquens de eo, qui ex cogitatione turpium pollutionem passus est, dicit: *Si expressè inveniat consensum non praecessisse, & necessitas urgeat, aut aliqua causa potior reformet actum, potest accedere, aut etiam celebrare, non obstante corporali immunditia, aut hebetatione mentis. Aliis si necessitas non incumbat (aut aliqua ratio potior non reformet actum), videtur non exhibere debitam reverentiam Sacramento: non tamen si celebrat, mortaliter peccat, sed venialiter.* Ex quibus apparet, hanc sententiam esse S. Doctori conformiorem. Est etiam communior.

Unde ad 1. fundamentum prioris sententiae, quamvis revera necesse sit vitare etiam peccata venialia, non tamen ita hic intelligat S. Thom. sed, ut ipse se explicat, intelligit non impedire ex necessitate esse non impedire sub reatu peccati mortalis. Ad 2. cum conjugibus, causa generandae prolis convenientibus, facile possunt occurrere rationes indecentiam abstergentes aut compensantes, relinquendi sunt suo iudicio, ut

his rationibus attentis non communicent, vel communicent absque peccato veniali. Posset etiam obijci pro 1. sententia, Concilium Trid. & Apostolum non requirere aliam probationem, quam quod homo careat peccato mortali. Sed respondetur, Trid. & Apostolum supponere, quod accessus ad Eucharistiam sit cum debita reverentia, sicut cum debito fine. Unde, sicut peccaret venialiter, qui ex vana gloria communicaret, ita & qui cum dicta indecentia. Ceterum, ut jam non semel monui ex Auctore, potest ista indecentia abstergeri, vel compensari, sicut communitio ex omni parte reddi licita ex variis causis, nimirum ex occasione alicujus Festi, vel Indulgentiæ, ex speciali devotione, ex necessitate celebrandi, vel communicandi, sive propter obedientiam, sive ad vitandam notam, aut propter aliquid aliud occurrens. Item, si pollutio sit frequens, & diuturna, aut causata ex astutia dæmonis, ut dictum est. Item, si ex inculpabili sive pollutione, sive actu conjugali, non remaneant turpes cogitationes, aut mentis evagationis: minima ratio sufficit, ut negligatur sola feditas corporalis.

Ad corporalem munditiam pertinet decens corporis ornatu, scilicet ut viri accedant summa cum reverentia in habitu humili, & decenti, non sordido, manibus junctis, aut pectori appositis, & armis depositis. Mulieres non sumptuosis vestibus, sed modestis, non intortis crinibus, non facie pigmentis illita, non pectore nudato, aut velo translucido obiecto, velamine denso super faciem ad os usque demisso. Ita S. Carolus p. 2. act. Ecclesie Mediol.

ARTICULUS V.

De modo, quo Christus usus est hoc Sacramento. Utrum ipse sumpserit, & sumendum dederit Corpus, & Sanguinem suum Juda?

Dico 1. (Hic q. 81. art. 1. o.) Christus sumpserit corpus, & sanguinem suum. Prob. 1. ex Hieronymo, qui Ep. ad Lesbyam, seu Hedibiam, refertur de conv. d. 2. cap. Nec Moyses 87.) dicit Dominus Jesus ipse convivia, & convivium, ipse comedens, & qui comeditur. 2. Illud Luc. 22. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, secundum Tertullianum l. 4. contr. Marcion. c. 4. Chrysost. Hom. 83. in Matth. & Auctorem hic ad 3. Christus intellexit Pascha novum, quod in Sacramento corporis sui institutus erat. Aut, si de veteri Pascha intellectum contendit, non fuit ratio Christo illud desiderandi, nisi quia illi novum erat substitutus. 3. Si ipse non sumpserit corpus, & sanguinem suum, periculum erat, ne Discipuli scandalizarentur, sicut Capharnaite Joann. 6. dum simpliciter promittebat eis corpus suum ad manducandum, & sanguinem suum ad bibendum. Ita arguit Chrysostomus. 4. Christus solebat facere, quod docebat, Act. 1. Caput Jesus facere, & docere. Unde ipse prius baptizari voluit, quam Baptismum aliis imperare. 5. Tandem Sacrificium instituit, & celebravit: ergo secundum morem de illo participavit.

Dico 2. (Ibid. art. 2. o.) Christus dedit Juda corpus, & sanguinem suum. Ita communiter non solum Scholastici cum Auctore, sed etiam SS. Patres, excepto uno Hilario. Chrysostomus Hom. 45. in Joann. & 83. in Matth. Hieron. l. 2. contr. Joann. c. 14. Aug. in pluribus locis refertur causa 1. q. 1. cap. Christus. Cyrillus l. 9. in Joann. Leo Serm. 3. & 7. de Passione, & alii. Colligitur aperte ex Scriptura. Juxta Matth. 26. & Marcum 14. Jesus discumbens cum duodecim, & illic cœnantibus accepit panem, benedixit, fregit, atque distribuit. Item. Luc. 22. post consecratum calicem dixit: Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa: ergo tunc aderat Judas; omnes autem, qui aderant post consecrationem calicis, biberunt ex illo Marc. 14. Ita biberunt ex eo omnes: ergo & Judas. Suadet ratio. (Ibid.) Cum enim Christus deberet nobis exemplum justitiae, non conveniebat ejus magisterio, ut Judam occultum peccatorem sine accusatore, & evidenti probatione ab aliorum communione separaret, ne per hoc daretur exemplum Prælati Ecclesie similia faciendi, & inde Judas exasperatus sumeret occasionem peccandi.

Dico 3. Christus Matth. 26. post distributum corpus, & sanguinem suum, dixit: Non bibam amodo de hoc genuine vitis, donec illud bibam vobiscum novum in Regno Patris mei; ergo illis solis dedit tunc bibendum, quibus cum erat bibiturus in Regno Patris sui; atqui non bibit cum Juda in Regno patris sui: ergo. R. (Ibid. ad 1.) hanc fuisse rationem Hilario, ut oppositum teneret; non cogit tamen, tum quia non Christus, sed ipse Judas a Discipulis, quibus id dictum erat, se separavit. Unde Christum, quantum est in se, bibit cum Juda vinum in Regno Dei, sed hoc convivium ipse Judas repudiavit; tum qui. Christus loquebatur collegio Apostolorum, sicut non fuit necessarium, quod omnes, & singuli biberent, sed sufficebat,

quod multi. Quidam Hilario adjungunt Clementem Rom. l. 5. Const. Apost. c. 16. Sed cum istud opus sit in pluribus adulteratum, nihil certi ex illo erui potest.

Dico 2. Ante communionem manifestum erat crimen Judæ: atqui manifesta peccatoribus non est dandum hoc Sacramento: ergo. Prob. Maj. 1. Matth. 26. ante communionem Christus dixit: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet: Judæ interroganti: Numquid ego sum Rabbi? Respondit Jesus: Tu dixisti. 2. Joann. 13. Joanni quærenti a Jesu, quis esset qui illum traderet? Respondit Jesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero, & cum intinxisset panem, dedit Judæ Simonem Iscariotæ: ergo ante communionem manifestum erat Discipulis crimen Judæ. R. N. Maj. Ad 1. Prob. ex Matth. hæc verba, Qui intingit &c. non dixit Christus, ut manifestaret proditorem, omnes enim eodem paropside utebantur: sed ut exaggeraret ejus crimen, quasi dixisset: qui manducat mecum, qui idem mensæ assidet, & eodem mecum paropside utitur, hic me traditurus est. Unde post hæc verba Apostoli adhuc quærebant, quis esset ex eis, qui hoc facturum esset. Luc. 22. Hæc autem verba: Tu dixisti, quamvis aliquando sint affirmantis, ut Matth. 26. & Marci 16. non ita semper; sed aliquando sunt interemptis, aut suspendentis sermonem; quasi diceretur, Tu dicis, ego non dico: Tu videtur. Unde Aug. l. 3. de consensu Evang. c. 1. dicit: Etiam hic non est expressum, utrum ipse esset: potest enim adhuc intelligi tanquam dixerit: Tu dixisti, non ego dixi. Insuper hoc ita potuit dici a Juda, & responderi a Christo, ut alii non advertent. Ad 2. Prob. R. quod, cum dixit Joanni: Ille est, cui panem &c. jam adimpleta esset communio. Neque enim in bucella intincta accepit corpus Christi, quod jam antea distributum erat, ut docet Aug. Tract. 62. in Joann. Insuper Christus id soli Joanni dixit: Joannes autem alius non indicavit.

Petes 1. Utrum Christus sumpserit, & dederit Discipulis suum corpus passibile? R. affirmative: (Ibid. art. 3. o.) quia idem erat corpus sub speciebus sacramentalibus, quod existebat in propria specie, erat autem passibile in propria specie. Attamen id, quod erat secundum se passibile, erat sub speciebus sacramentalibus modo impassibile: quia, ut aliquod corpus sit modo passibile, requiritur, quod comparatur ad ea, quæ circumstant mediantibus propriis dimensionibus, ut possit esse contactus corporis ad ea, quæ agunt: Corpus autem Christi sub speciebus sacramentalibus non comparatur ad circumstantias mediantibus propriis dimensionibus, quibus corpora se tangunt: & ideo species illæ sunt, quæ videntur, & patiuntur, non corpus Christi sub illis.

Petes 2. Utrum, si hoc Sacramento tempore mortis Christi fuisset servatum, ut consecratum, Christus tibi moretur? R. (Ibid. art. 4.) quod moretur, non tamen pateretur: quia accidentia absoluta, & a loco independentia, quæ Christo conveniunt in propria specie existenti, qualia sunt vivere, mori, dolere, gaudere, esse animatum, vel inanimatum, etiam illi conveniunt existenti sub speciebus sacramentalibus: accidentia autem, quæ illi in propria specie conveniunt per comparisonem ad corpora extrinseca, ut sunt irrideri, conspui, flagellari, crucifigi, non conveniunt ei existenti sub speciebus sacramentalibus, ut dictum est in responsione præced.

ARTICULUS IV.

De effectibus hujus Sacramenti.

§. I. Recensentur varii effectus Eucharistiæ.

Primus effectus Eucharistiæ (Hic q. 79. art. 1. o.) est gratia, cui secundario adjungitur refectio spiritualis dulcedinis; quatenus non solum continet Christum Auctorem gratiæ, & ejus Passionem representat, sed confertur per modum cibi, & potus; atque ideo habet ad vitam spiritualem omnem effectum, quem habet cibus materialis ad vitam corporalem, sustentat; auget; reparat, & delectat. Uadè, qui manducat me, vivet propter me. Joann. 6. De hoc primario effectu Eucharistiæ plura dixi de Sacramento in genere Diss. 3. art. 1. require.

Sacramentum Eucharistiæ (Ibid. art. 3. o.) non causat per se primario primam gratiam remissivam peccati mortalis, sed secundam tantum; quia est institutum ut alimentum spirituale, & caro mea verè est cibus, &c. Joann. 6. Alimentum autem supponit vitam in eo, qui suscipit. Patet insuper ex his, quæ modo diximus de dispositione requisita ex parte animæ ad hoc Sacramento. Per accedens tamen, & secundario potest causare primam gratiam remissivam peccati mortalis; sicut Sacramento mortuorum, ut Poenitentia, potest per accedens causare secundam gratiam. Pro utraque parte assertio videtur de Sacram. in genere Diss. 3. cit. art. 3. ubi Sententiam Honor. Tournely con-

contrà 2. partem cum ejus argumentis exposuimus.

Opponitur contrà 1. partem. 1. Hoc Sacramento est medicina; medicina autem non est opus bene habentibus, sed male habentibus. 2. Sacerdos in Missa orat, ut Hoc tuum Sacramento sit ablutio scelerum: ergo. R. ad 1. Medicinam esse duplicis generis, unam sanativam a morbo, alteram confortativam ad perfectionem sanitatem; hæc indigent sani, & talis est Eucharistia. Ad 2. R. 1. (Ibid. ad 1.) Peti, ut hoc Sacramento sit absolutio scelerum vel per accedens; eorum scilicet, quorum conscientiam non habemus; vel relaxando poenam temporalem peccatis mortalibus remissis debitam; vel ut contritio in nobis perficiatur ad scelerum remissionem. 2. Illæ preces possunt intelligi de Eucharistia, ut Sacrificium, quod offertur non solum pro justis, sed etiam pro peccatoribus. Nec te moveat, quod Ecclesia dicat Sacramento; notum est enim Eucharistiam, etiam ut est Sacrificium, apud veteres nominari Sacramento. Sic Aug. l. de S. Virginitate c. 43. Notum est, inquit, quo loco Martyres, & quo defunctæ Sanctimoniales ad altaris Sacramento recitentur. Unde libri, qui de Ritibus Sacrificii tractant, dicuntur Sacramentarii.

Secundus effectus Eucharistiæ (Ibid. art. 2. o.) est adeptio gloriæ: quatenus Christus, qui est gloriæ largitor, in eo continetur ut cibus nutrens & confortans animam in bono, quo possit perseverare usque ad tempus, quo gloria donabitur: unde dicitur Pignus futuræ gloriæ. Tertius effectus Eucharistiæ, est remissio peccatorum venialium, quam dupliciter operatur. 1. Immediate & directe, quatenus est cibus animæ; sicut enim cibus corporalis restaurat vires, quæ quotidie deperduntur per calorem naturalem; ita cibus spiritualis restaurat vires spirituales, quæ quotidie deperduntur per calorem concupiscentiæ: supponit resolutionem, communicantem non ponere obicem retinendo affectum ad peccata venialia. 2. Mediate & indirecte per rem Sacramento, quæ augetur in hoc Sacramento, non solum quoad habitum, sed etiam quoad actum & fervorem; qui, cum repugnet peccato veniali, illud tollit. Unde Trid. sess. 13. cap. 3. vocat hoc Sacramento antidotum, quo liberamur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus præservamur.

Quartus effectus Eucharistiæ (Ibid. art. 5. o.) est remissio peccati debitis, sed diversimodè. Si Eucharistia consideretur ut Sacramento, non remittit poenam directe, quia non est instituta ad satisfaciendum, sed ad nutriendum, & uniuendum Christo, quod non impeditur per poenam dimissa culpa. Unde sub hac ratione non remittit poenam, nisi consequenter & indirecte, quatenus excitat fervorem charitatis. At, si consideretur ut Sacrificium, quod est satisfactorium, directe & per se remittit poenam, non tamen ordinariè totam, quia in satisfactione magis attenditur affectus satisfaciens, quam quantitas oblationis. Quintus effectus Eucharistiæ (Ibid. art. 6. o.) est præservatio a peccatis futuris, quod fit dupliciter: 1. Quatenus, antea charitate & unione cum Christo per hunc cibum anima fit robustior contrà interiora corruptiva. 2. Quatenus, cum sit signum Passionis Christi, per quam victi sunt dæmones, ad eam expavescent, nec tantum impugnant, quantum impugnaverunt: & ideo Trid. supra citatum dicit, quod sit Antidotum... quo a peccatis præservemur.

§. II. Variæ Quæstiuncule circa præsentem materiam breviter resolvuntur.

Petes 1. Utrum Eucharistia prosit aliis, quam sumentibus? R. (Ibid. art. 7. o.) Eucharistia in ratione Sacrificii prodest aliis, quam sumentibus; quia etiam pro aliis offertur. In ratione vero Sacramenti, seu ut sumpta simpliciter, non prodest aliis, quam sumentibus ex opere operato, quia sumitur ut cibus; cibus autem prodest ex se soli sumentis. Potest tamen aliis vivis & defunctis prodesse ex opere operantis: 1. quia est bonum & præstantissimum totius Religionis opus, quod per meritum communicationem, quam præstat in Symbolo, potest esse utile aliis, tam vivis, quam defunctis; eo potissimum quod in eo non solum consideretur applicatio, seu receptio, sed etiam præparatio opus laboriosum per contritionem, confessionem, & alios virtutum actus. 2. Quia, cum per susceptionem Eucharistiæ augetur gratia, & incenditur charitas, animaque fit Deo plena, preces Communione concomitantes & subsequentes sunt ferventiores & efficaciores ad impetranda postulata pro se, & pro aliis. Merito itaque Sacra Congregatio auctoritate Apostolica damnavit librum Theophilii Renaudi, quo Communionem pro mortuis tanquam errorem popularem, piam fraudem, & sordem non ferendam impugnabat.

Petes 2. Utrum per veniale peccatum impediatur effectus hujus Sacramenti? R. (Ibid. art. 8. o.) peccata venialia præterita, seu habitum tantum remanentia, nullo modo impediunt effectum hujus Sacramenti, quippe quæ per ipsum tollantur, ut dictum est. Peccata vero venialia actu placentia vel exercita

impediunt effectum secundarium, scilicet refectioem dulcedinis spiritualis, quatenus minuit fervorem charitatis, non vero effectum primarium, qui est augmentum habitualis gratiæ & charitatis. De quo vide latius de Sacramento in genere Dissert. 3. citata art. 4. §. 2.

Petes 3. Quandonam Eucharistia causet gratiam? R. causare in instanti extrinseco manducationis, in quo verum est primò dicere, comestum est, vel jam non est comestum & immediate antè erat; quia hoc Sacramento causat gratiam, quando verum est primò dicere, jam est sumptum & applicatum; atqui sumitur & applicatur per manducationem, cum sit institutum ut cibus: ergo. Maj. patet; quia hoc Sacramento causat gratiam, sicut alia Sacramenta; alia autem Sacramenta non causant gratiam, dum applicantur, sed cum verum est primò dicere, jam sunt applicata. Sic Baptismus non causat gratiam, dum actu fit ablutio, & verba proferuntur, sed quando verum est primò dicere, jam homo est ablutus sub tali forma.

Sed quandonam manducatio censetur completa? R. censetur completam, non quando cibus masticatur in ore, qui enim cibum in ore masticatum exparet, non diceretur manducasse, sed quando trajicitur per guttur, seu gulam. Quidam addunt non improbabiler, & stomachum attingit, quod fit brevi morula. Sic enim completur manducatio corporalis, cum cibus non nutriat, nisi sit in stomacho. Hinc inferes, quod hostia in ore consumpta, aut sumpta in ore & ejecta non causet gratiam, quia non fuit completè comesta, secus, si deglutita & in stomachum recepta vomeretur, quia fuit completè comesta. Item inferes, quod, si Angelus miraculose poneret hostiam in stomacho hominis, probabilius non causaret gratiam, quia non fuit comesta.

Si dicas, cibum materialem non nutrire, nisi sit corruptus: Disparitas est, quod cibus corporalis nutriat per sui mutationem in substantiam aliti, quod fieri non potest nisi corrumpatur. At iste cibus spiritualis nutrit, convertendo sumentem in se; ad quod non requiritur, quod corrumpatur, sed sufficit, quod manducetur juxta institutionem Christi, Qui manducat me, vivet propter me.

Petes 4. Utrum hoc Sacramento causet gratiam ex opere operato, non solum quando actu manducatur, seu quando completur manducatio, sed etiam toto tempore, quò species manent in stomacho? R. utrumque probabiliter disputari. Partem affirmativam tenet Cajetanus cum pluribus; negantem Soto, etiam cum pluribus: & hæc secunda sententia nobis videtur probabilior. Quia effectus hujus Sacramenti promittitur manducanti; & quamvis manducatio non sit res causans gratiam, est saltem conditio sine qua non: neque intelligitur de manducatione antea facta, sed de manducatione actu existente cum Sacramento, seu primò desinet per primum sui instans extrinsecum. Non enim dicitur: Qui manducavit meam carnem, aut qui manducavit me; sed, qui manducat meam carnem, & qui manducat me.

Insuper sequeretur ex 1. sententia, quod, qui esset debillioris stomachi, aut grandioris hostiam vel plures sumeret, melioris esset conditionis, quam qui esset robustioris stomachi, aut unam parvam tantum hostiam sumeret; quia posset ex diuturniori permanentia specierum in stomacho amplius consequi gratiam. Neque refert, id non contingere per se ratione specierum remanentium, sed tantum per accedens; per se autem ratione majoris dispositionis sufficit, quod id contingat ratione specierum etsi per accedens tantum, inde enim datur locus superstitioni sumentis grandiores & plures hostias quod prohibuit Innocent. XI. in suo decreto, de quo supra dum de frequenti Communione. Sed neque apparet verum amplius causari gratiam per se ratione dispositionum, & per accedens tantum ratione specierum: dum enim sumitur Eucharistia, gratia non causatur per se ratione dispositionum, sed ratione specierum, seu potius rei contentæ sub speciebus: ergo similiter, dum est in stomacho. Item sequeretur, quod qui peccatum mortale committeret, antequam species sint corruptæ, sacrilegium committeret, esset reus corporis & sanguinis Domini, & judicium sibi manducaret, quod videtur falsum; non enim ille magis peccaret, quod haberet in stomacho hostiam impositam ab Angelo sine manducatione. Adde, quod opposita sententia non nititur nisi congruentiis, quartum præcipuum petam ex hoc, quod manducatio sit tantum conditio, prævenimus.

DIGRESSIO HISTORICA

De communione Laica.

Ad præcedentem Dissertationem.

Sacerdotibus, & aliis Clericis in poenam alicujus gravius criminis denegabatur olim Communio clericalis, & concedebatur tantum Communio laica, de qua mentio habetur apud Syricium Papam Ep. 1. c. 11. in Concilio Elberit. Can. 76. Sardicensi Can. 1. & 2. Agathensi Can. 33. Toletano I. cap. 4. Braccaren. I. Can. 31. & alibi. Quid sit autem ista Communio laica, non conveniunt Eruditi.

Dico 1. Communio laica non videtur fuisse illa, in qua una species tantum conferebatur; Clericalis, in qua utraque species, quia his temporibus, quibus conditi fuerunt laudati Canones, etiam Laici poterant communicare, & sæpe communicabant sub utraque specie. 2. Neque Communio laica intelligi potest Communio Sacerdotum, quibus non permittebatur consecrare, sed solum de manu alterius hostiam sumere; in qua Communio laica imponebatur etiam in poenam inferioribus Clericis, qui consecrare non poterant. 3. Communio laica non potest intelligi, prout opponitur functionibus & privilegiis Clericorum, quasi redigi ad Communione laicam sit communicare cum ceteris Fidelibus in participatione Sacramentorum, in orationibus, & bonis operibus, more Laicorum tantum; at quoad munia & privilegia Ecclesiastica non haberi amplius pro Clerico, sed pro Laico. Non videtur, inquam, hæc interpretatio admittenda, quia in laudatis Canonibus agitur specialiter de Communione Eucharistica, & non de ea,

quæ dicitur Communio Sanctorum; his enim statuitur, ut Clerici ipsi post peractam poenitentiam, tempore definito, vel in articulo mortis Communione laica donentur, & Eucharistiam more Laicorum sumant. Restat ergo explicandum, quod interest inter hæc Communione laicam & clericalem.

4. Plures censent, Communione laicam eam esse, quæ fit in loco destinato Laicis; Clericalis, quæ fit in loco destinato Clericis. Notum est enim, olim Sacerdotes & Clericos communicare ante altare in Choro, seu intra Cancellos; Laicos vero extra Chorum & Cancellos. Unde in Concilio Laodic. can. 19. legitur: *Solis Ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibi communicare.* In Braccaren. can. 31. *Ingressi Sacrarum ad communicandum non licet Laicis, nisi tantum Clericis.* Similiter in Toletano 4. can. 17. Hæc interpretatio, quamvis secundum quid vera, videtur tamen insufficientis, nisi aliquid addatur: quia Felix III. Epist. 1. de Clericis rebaptizatis dicit: *Communio laica tantum in morte illis esse reddenda;* & Concilium Sardicense can. 2. de Episcopo Ambrosio dicit: *Nec laicam in fine Communione accipiat.* Diversitas autem locorum in communicando in Ecclesia servari non potest in Communione moribandi. Scio doctissimum Sylvium respondere in his textibus Communione vocari laicam, non ex loco, in quo actualiter fit, sed ex loco, in quo fieri debet, si ad Ecclesiam ire postea mori proximus. At videtur aliis hæc explicatio aliquatenus violenta. Unde 5. verisimiliter videtur, quod Communio laica differat à clericali & quantum ad locum, ut dictum est, & etiam quantum ad modum, quatenus Sacerdotes & Clerici communicabant cum quadam cerimonia & certo ornatu, non vero Laici; sicut apud nos Sacerdotes communicant cum Stola; & secundum hoc potest intelligi Communio laica in morte.

DISSERTATIO VI.

DE MINISTRO EUCHARISTIÆ.

D. Thom. Quest. 82.

Duplex est Eucharistiæ Minister, unus Consecrationis, alter dispensationis. De utroque dicitur cum Auctore, sit

ARTICULUS I.

Quis sit Minister Consecrationis Eucharistiæ.

Tertullianus libr. de præscript. cap. 41. conqueritur, Hæreticos Laicis Sacerdotalia munia injungere. Secundum Irenæum l. 1. adversus hæreses c. 9. Marcus Hæreticus & Præstigiator, & secundum Epiphanium hæresi 49. & 79. Pezuziani & Collyridiani mulieribus potestatem conficiendi Eucharistiam tribuebant. Valdenses eandem potestatem agnoscebant in quolibet Laico, modo esset vir probus. Lutherus l. 1. de Civit. Babyl. & libr. de abroganda Missa, cuius Laico eandem facultatem concedebat, non tamen usum nisi ex delegatione Ecclesie. Hugo Grotius in dissertatione, cui titulum præfixit: *de canone administratione, ubi Pastores non sunt*, contendit facultatem consecrandi datam esse ex æquo omnibus Christianis, ea tamen Laicos & foeminas uti non debere, nisi ubi desunt Sacerdotes & in necessitate. Contra quos omnes

Dico. (*Hic q. 81. art. 1. o.*) soli Sacerdotes sunt Ministri Consecrationis Eucharistiæ, sic ut præter illos nullos possit validè consecrare. Prob. 1. ex Scriptura. Hi soli potestatem habent consecrandi Eucharistiam, quibus Christus illam contulit; atqui solis Apostolis & eorum in Sacerdotio Successoribus illam potestatem contulit, dum dixit Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* ergo. Prob. Min. 1. Quia hæc verba Concilium Trid. sess. 22. cap. 1. sic intelligit: *Eisdem, inquit Apostolis, eorumque in Sacerdotio Successoribus, ut offerrent, præcepit per hæc verba, hoc facite in meam commemorationem.* 2. Quia, licet ista verba, prout continent summptionem, possint intelligi de omnibus Fidelibus; prout tamen important Consecrationem non nisi de Apostolis & eorum in Sacerdotio Successoribus possunt intelligi; alioquin sequeretur, quod Laici & mulieres non solum possent, sed etiam præcepto tenerentur consecrare; quod non admittunt Hæretici: ergo.

Prob. 2. ex Traditione, fundata in Patribus, Conciliis, & Historia Ecclesiastica. Quantum ad Patres, jam audivimus Tertullianum exprobrantem Hæreticis, quod munia Sacerdotalia Laicis injungerent; & libr. de corona militis cap. 3. scri-

bit *Eucharistiam sumi in antelucanis cubiculis, nec de aliorum manu quam præsentium.* Justinus Apolog. 2. scribit: *Eum, qui fratribus (id est, Christianis) præest (scilicet Episcopus, vel Presbyterum) rerum universarum Patri per nomen Filii & Spiritus S. offerre Eucharistiam iuxta mandatum, quod Christus dedit, cum dixit: Hoc facite in meam commemorationem.* Epiphanius hæresi cit. 79. *Neque Diaconis Ecclesiastica regula conceditur est peragere Sacrificii mysteria, sed ministrare tantum, dum perficiuntur.* Et in expositione Catholice Fidei exprobat eundem Pseudomonacho Zachæo quod cum esset Laicus, attingere ac Sacrificia celebrare nefario ac temerario ausu esset aggressus. S. Hieronymus contra Luciferianos probat, apud eos esse Ecclesiam, quia Sacerdotes non habent, qui corpus Christi conficiant, sed Diaconum tantum: *Hilarius, inquit, cum Diaconus de Ecclesia recesserit; solusque, ut putat, turba sit mundi, neque Eucharistiam conficere potest, Episcopus & Presbyter non habent.* Et Ep. 101. alias 85. ad Evangelium: *Quis patiat, ut supra eos se tumidus Diaconus efferat, ad quorum preces corpus Christi efficitur?* Fulbertus Carnotensis in eodem seculo XI. Ep. 36. ad Guidonem Bituricensis scribit, *Extra Chorum deponendum, & penitentia plectandum Diaconum, qui se presbyterum simulavit, Missamque celebrare præsumpsit.*

Quantum ad Concilia, Concilium Nicænum 1. contra Diaconos, qui præsumebant Eucharistiam dare Sacerdotibus, dicit Can. 18. *Neque regula, neque consuetudo tradidit, ut hi, qui offerendi Sacrificium non habent potestatem, his, qui offerunt, corpus Christi porrigant.* Idem Concil. Arelat. can. 15. Ancyr. can. 2. Laodicen. can. 25. dissentit vero Concilium Lateranen. 4. sub Innocentio III. sic definit: *Hoc Eucharistiæ Sacramentum nemo potest conficere nisi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum clavos Ecclesie.* Similiter Florent. in Decreto unionis, ac tandem Trid. sess. 22. c. 1. ut supra, & can. 1. *Si quis dixerit, illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi alique Sacerdotes offerrent corpus & sanguinem summi, anathema sit.*

Quantum ad Historiam Ecclesie, constat ex S. Justino Apol. 2. ex S. Cypriano Ep. 5. ex Tertulliano l. 1. ad uxorem cap. 5. ex Basilio Ep. 5. ad Cæsarium Patricium, & aliis, Eucharistiam olim missam fuisse ad absentes, Peregrinos & Anachoretas eam à Sacerdotibus acceptam secum deferre, atque Presbytero-

ros cum magno vitæ periculo in carceribus martyrum celebrasse. Ut quid autem ista, si quilibet absente Sacerdote poterat sacrificare? Item notum est, Chrysostomum crimina sibi imputatum de contracto Calice in domo cujusdam nomine Ischiras diluisse, ex eo quod, cum iste Ischiras esset homo privatus in privata domo habitans, poculum mysticum habere non potuit. Si Calicem habere non potuit, quomodo consecrare potuit?

Confirm. Incredibile est Deum, qui solos filios Levi ad antiqua Sacrificia elegit, ita ut Ozam, quod ministeria Levitarum attentaret, percussit, Sacrificium præstantissimum novæ Legis, cuius antiqua erant tantum figuræ, omnibus indiscriminatim, & non viris selectis, atque speciali characterè insignitis, commiserit. Confer, quæ dixi in Tract. de Sacram. in genere dissert. 5. de Ministro Sacram. art. 2. Concl. 2.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1. ex Scriptura. Omnes Fideles dicuntur Sacerdotes 1. Petr. 2. & Apocal. 2. ergo R. Fideles in Scriptura vocari Sacerdotes eo modo, quo ibidem vocantur Reges, improprie scilicet & late, quatenus offerunt Deo sacrificium laudis, orationum, & honorum operum; non vero proprie, quasi offerent Sacrificium Altaris incrementum. Vide loco cit. de Sacramentis in genere.

Obj. 2. Hæc verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, dicta sunt omnibus; unde ex his probatur præceptum Communione; ergo. R. D. Ant. Dicta sunt omnibus secundum aliquam sui partem, scilicet summptionem, Transeat Ant. Secundum totam suam amplitudinem, N. Quantum enim ad Consecrationem non sunt dicta omnibus, ut probatum est; aut, si quantum ad hoc sint dicta omnibus, non ut ab omnibus, sed ut a quibusdam tantum pro omnibus adimpleantur: ut enim docet Aug. l. 3. de Doctr. Christ. c. 17. *Erit etiam hoc in observationibus intelligendarum Scripturarum, ut sciamus alia omnibus communiter præcipi, alia singulis quibusque generibus personarum.* Quæ autem ab omnibus, quæ a quibusdam perficienda præcipiuntur, tacente Scriptura, ex Traditione recipiuntur.

Obj. 3. Tertullianus libr. de Exhortat. Castitatis c. 7. probat, omnes Fideles etiam Laicos debere esse Monogamos, ex eo quod Sacerdotes debent esse Monogami: ergo censent, omnes Fideles etiam Laicos esse Sacerdotes. R. N. Conseq. Cum enim Tertullianus distinguat inter Laicos & Sacerdotes, aperte significat Laicos non esse Sacerdotes. Vis ergo ejus argumenti in hoc sito est, quod, cum Sacerdotes assumantur ex Laicis, si Sacerdotes debent esse Monogami, ita & Laici: alioquin quomodo erunt Presbyteri, qui de Laicis adleguntur? Ita seipsum explicat Tertullianus ibid. subjungit enim: *Omnes nos Deus ita vult esse dispositos, ut ubique Sacramentis ejus obnoxii apti simus: Unus Deus, una Fides, una Disciplina. Usque adeo nisi & Laici ea observent, per quæ Presbyteri adleguntur, quomodo erunt Presbyteri: qui de Laicis adleguntur? ergo pugnare debemus ante Laicum jussum a secundo Matrimonio abstinere, dum Presbyter esse non alius potest, quam Laicus semel fuerit maritus.* Similiter ratioinaria l. de Monogamia cap. 12.

Inst. 1. Tertullianus 1. loco cit. dicit de Laico, ubi Ecclesiastici Ordinis non est consensus. & offert, & tingit, & Sacerdos es tibi solus: ergo. R. 1. Hunc textum a Pannello operum Tertullianum accuratissimo Editore sic legi. *Ubi Ecclesiastici Ordinis est consensus, & offert & tingit Sacerdos, qui est tibi solus: & sic evanescit Objection. 2.* Supposita vulgata Lectione. R. Tertullianum intelligendum esse de oblatione late sumpta, non pro Sacrificio Altaris, sed pro oblatione precum & honorum operum, respectu quorum Laicos dicitur etiam late Sacerdos, ut jam dictum est. Nec refert, quod Tertullianus ibi loquatur de functione Baptismi proprie sumpta; est enim discrimen, quod absente Sacerdote quilibet, etiam mulier, posset Baptismum conferre propter ejus necessitatem, cum tamen idem Tertullianus l. de velandis Virgin. c. 9. asserat, mulierem sacerdotalia munia obire non posse; & l. de Præscript. cit. in capite hujus articuli conqueratur, *Hæreticos Laicis sacerdotalia munia injungere.*

Inst. 2. Tertull. ibid. dicit: *Differentiam inter Ordinem & Plebem constituit Ecclesie auctoritas & honor per Ordinis consecrationem sanctificatus a Deo:* ergo non Jure divino, sed Ecclesiastico tantum Sacerdotes consecrant, sique nihil verat, quin accedente Ecclesie consensu, alii consecrent. R. equidem differentiam inter Ordinem & Plebem constituit inchoativè per auctoritatem Ecclesie, quatenus ex Laicis a Clero Populo elegebantur Sacerdotes consecrandi: sed est perfectè & completè a Consecratione. Unde dicit Tertull. *Et honor per Ordinis consecrationem sanctificatus a Deo.* Brevius quidam respondent

ad totum arg. cum Hieronymo, Tertullianum non fuisse hominem Ecclesie. At non constat, hoc opus fuisse scriptum post ejus defectionem ad Montanistas.

Obj. 3. ex variis Historiis. 1. In veteri Martyrologio legitur, quod S. Petronilla S. Petri filia, cum S. Felicula collectanea sua continuis jejuniis & orationibus vacans, tertio celebratis Dominice oblationis Mysteriis, mox ut Christi Sacramentum accepit, reclinans se in lectulo, emisit spiritum. 2. Theodoretus l. 2. Hist. Ecc. c. 23. narrat, Frumentium Laicum, Alexandria ad Indos profectum, invitasse mercatores Romanos ad liturgias, more Romano fieri solitas. 3. Refertur in Prato spirituali c. 25. quemdam Monachum Laicum verbis sanctæ Oblationis panes consecraste. 4. Panem in agro a pastoribus consecratum, conversum fuisse in carnem, testantur Honorius Augustodunensis in gemma animæ, & Albinus Flaccus libr. de divinis Officiis: ergo. R. ad 1. Martyrologium laudatum non dicit, quod ab ipsa S. Petronilla fuerint celebrata Dominice oblationis mysteria. Et in actis SS. Martyrum Nerei & Achillei, quibus inserta est vita S. Petronillæ & S. Feliculæ, legitur: *Tertio itaque deveniens ad eam S. Nicomedes Presbyter celebravit Mysteria Christi, Virgo autem sanctissima, mox ut Christi Sacramentum accepit, reclinans se in lectum emisit spiritum.* Vide acta SS. Tom. 7. Maii pag. 429.

Ad 2. Theodoretus per Liturgias intellexit conventus Christianorum, ad fundendas Deo preces. Rufinus enim, ex quo hanc Historiam hausit Theodoretus l. 1. c. 9. dicit, Frumentium mercatoribus persuasisse, ut conventicula per loca singula facerent, ad quæ Ritu Romano orationis causa confluerent. Similiter referunt Socrates. l. 1. c. 19. & Sozomenus l. 2. c. 24. Idque eo magis constat, quod, referente ipso Theodoro ibid. Frumentius Alexandriam redux petierit a S. Athanasio Sacerdotes ad illius gentis culturam. Ad 3. 1. Multa referuntur in Prato spirituali, quæ sunt dubiæ fidei. 2. Supposita veritate historie, id miraculose factum est & virtute divinæ potentie, quæ non est alligata Sacramentis, & ideo trahi non potest in exemplum; maxime, cum ibidem referatur Monachorum seniore occasione hujus miraculi statuisse, ut nullus addisceret sanctæ oblationis verba, nisi qui ordinatus ad hoc esset. Ad 4. Laudati Auctores factum referunt ex incerto rumore, dicitur, fertur, inquit. Insuper hanc conversionem panis in carnem non virtuti verborum tribuunt, sed omnipotentie Dei in punitionem audaciæ Rusticorum.

Obj. 4. Diaconos saltè aliquando consecraste, probatur duplici momento. 1. Synodus Ancyra Can. 2. jubet Diaconos, qui Idolos immolarunt, ab omni Sacerdotali ministerio cessare, & Panem vel Calicem offerendi, vel prædicandi: ergo ceteri Diaconi his muneribus fungebantur. 2. Apud Ambros. l. 1. Offic. c. 4. legitur, S. Laurentium Diaconum Xsto ad Martyrium entati sic locutum fuisse: *Experire certè, utrum idoneum ministrum eligeres, cui commisit Dominici sanguinis consecrationem.* R. ad 1. Isto Canone prohiberi dumtaxat Diaconis lapsis offerre se deferre panem & vinum Sacerdoti celebranti, qua de causa dicitur *Ministerium sacerdotale*, non vero consecrare, & ideo multi legunt, *deserre & non offerre.* Ad 2. In Brevario Romano legitur: *Dominici sanguinis dispensationem, & ita legi in antiquissimo Manuscripto, quod superat ætatem 800. annorum, testatur Laurentius Berri, favetque Abp. Sem. 304. dicens, Laurentium Romæ Diaconi officium gessisse, ubique sacrum Sanguinem ministrasse.*

2. Retenta priori lectione, quam adoptarunt novi Editores S. Ambrosii juxta fidem plurium codicum, per consecrationem nihil aliud intelligitur, quam Communio, qua sanctificamur & consecramur.

ARTICULUS II.

Leviore quædam difficultates de Ministro Consecrationis expenduntur.

Potes. 1. Utrum Neomystæ consecrent simul cum Episcopo ordinante? R. 1. (*Ibid. art. 2. o.*) Plures posse simul consecrare eandem materiam, si tanquam causæ totales ab invicem independentes simul pronuntient & finiant verba Consecrationis, eo modo quo diximus plures posse simul eandem baptizare. Vide Dissert. 2. de Baptismo a. 3. Petit. 4. R. 2. (*Ibid.*) Neomystas consecrare cum Episcopo. 1. Quia in Pontificali Romano Monestur Episcopus, ut bene advertat, quod secretas morose dicat, & aliquantulum alitè, ita ut ordinati Sacerdotes possint secum omnia dicere, & præsertim verba Consecrationis, quæ dici debent eodem momento per ordinatos, quo dicuntur per Pontificem. Hæc autem monitio foret inutilis, si Neomystæ non consecrarent, sed verba Consecrationis materialiter tantum, & recitative proficerent, ut quidam volunt. 2. Quia ibidem dicitur, quod Neomystis non datur absolutio, quia consecraverunt Pontificem. 3. Quando Presbyter inauguratur Episcopus apud Latinos, consecrat cum Episcop-